Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

moyse baptizati sunt in nube et in mari · et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt · et omnes eundem potum spiritalem biberunt · Bibebant autem de spiritali sequente eos petra · petra autem erat xpus Gradualis

Exaudi deus orationem meam · in tribulatione sperauerunt in te qui nouerunt te qui non deseruisti querentes te deus ℣ Quoniam non in finem oblivio erit pauperis patientia pauperum non peribit nec mimus exsurge deus non prualeat homo Tractus

Domine exaudi orationem meam · et clamor meus ad te deus deus exaudi vocem meam ℣ Fiant aures tue intendentes in orationem servi tui ℣ Si iniquitates observaueris domine domine quis sustinebit ℣ Quia apud te propitiatio est et propter legem tuam sustinuit te domine

Secundum macheum

In illo tpe · Dixit dns ihs discipulis suis parabolam hanc · Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam · Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno · misit eos in vineam suam · Et egressus circa horam tertiam · vidit alios stantes in foro otiosos · et illis dixit · Ite et vos in vineam meam et quod iustum fuit dabo vobis · Illi autem abierunt Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam · et fecit similiter · Circa vndecimam vero exiit · et invenit alios stantes · et dicit illis · Quid hic statis tota die otiosi · Dicunt ei · Quia nemo nos conduxit Dicit illis · Ite et vos in vineam meam · Cum sero autem factum esset · Dicit dns vinee procuratori suo · Voca operarios · et redde illis mercedem incipiens a nouissimis vsq; ad primos · Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant acceperunt singulos denarios · Venientes autem